

Hrn. Ritter v. Pittoni. — b) 3 St. Petrefacten, vom Hrn. Med. Cand. Kučera in Prag.

III. Vorzeigung einer Abbildung des *Macropona speciosum*, im Pläner von Welowie bei Melnik, durch Herrn Prof. Reuss.

IV. Fortsetzung des in der vor. Sitzung abgebrochenen Vortrages des Hrn. Dr. Ott.

V. Wahl der HH. Dr. Florus Staschek, Gymnasial-Directors in Leitomischl und Ludwig Miller, k. k. Beamten im Finanzministerium in Wien, — zu wirklichen Mitgliedern des Vereins.

Wissenschaftliche Mittheilungen.

Sertulum Lichenologicum.

Auctore A. D. Prof. B. Massalongo, Academiae Caes. Nat. Curiosorum Pollinio.

I. Collemae.

1. *Collema capniochroum* Massal.

„C. thallo squamuloso-effuso, atro, furfuraceo-ruguloso, madefacto atrovirente, e squamulis lobulise multiformiter plicatis, diffractis, interdumve pulvinato-aggregatis. Apothecis raris, primaria urceolatis, dein concaviusculis margine thallode tumido persistente cinctis; ascis clavatis creberrimis 8-sporis, hypothecio gonidiis imposito impositis, paraphysisibusque apice pinguculis, immixtis; sporidiis ovoideo-ellipticis, hinc inde angustato-constrictis 4—6 locularibus, oculis nucleolis (blastidiis) sphaericis viridulis refertis, tandem te-trablastiis parce diplopyreniis.—Diameter longit. 0,305; transvers. 0,0122. — Syn. *Collema microphyllum* Auct. nonnull. p. p.1

Habit. Ad truncos populorum in provincia Veronensi, secus „Athesim“ in pago „Gepeto,“ vulgo Zevio dictum.

Obs. Thallus effusus irregularis, squamulis foliolise imbricatis solitariis pulvinatisve atris, compositas, ut corticibus quibus inhaeret formam ingerat ligni caudefacti. Apothecia raro apparent; sporaes autem quater vel sex angustantur hinc inde ad centrum unionis quatuor vel sex blastidiorum, scilicet ubi blastidia coalescunt, quae patent parvis quibusdam sphaerulis colore subviridi.

II. Psoromeae.

2. *Acarospora? Velana* Massal. (nov. spec.)

„A. thallo squamuloso contiguo castaneo-rufescente tabacino, ut plurimum pruinoso, squamulis madefactis subvirentibus in crustam compactam imbricatam coadunatis, polygonis, hypothallo albo crasso, impositis. Apotheciis... hucusque ignotis.

Hab. Ad saxa formationis Ooliticae provinciae Veronensis in oppido „Velo“ (Massal.), nec non in Franconia superiore apud „Streitberg“ clar. Arnold.

Observ. Nihil aliud de hac specie dicere possum, nisi quod thallus sit colore castaneo-cervino-tabacino, ad vinosum vergente, eumque multis characteribus ostendere, esse novum aliquid et ignotum. Sit 4 ne vero *Acarospora* aut *Dermatocarpon*, nondum definire potui.

3. *Solenopsora Vulturienensis* Massal. (nov. spec.)

„S. thallo squamuloso-folioso, foliolis imbricatis diffractis crenulato-lobulatis olivaceo-fuscis, lobulis irregularibus adscendentibus, sordide ad margines livide flavescentibus, hypothallo inconspicuo insidentibus. Apotheciis scutelliformibus regularibus minutis, margine thallode flavescente et proprio fusco cinctis. Ascis clavatis 8-sporis, paraphysibus ramosis apice incrassatis fuscisque, obvallatis, sporidiis elliptico-fusiformibus diaphanis bilocularibus. Diam. long. 0,0122; transv. 0,00366. — Syn. *Parmelia Vulturienensis* Bagliet. in litt. 1855.

Habit. Ad saxa micacea in oppidis „Arbai, Creveri, Voltri“ Pedemontii prope Genuam legit Bagliet.

Obs. Thallus uti in *Lecidea scalare*, constat squamulis foliolisve imbricatis, sed latioribus aliquantulum, margineque inciso-lobulatis; sunt colore olivaceo-ferrugineo-terreo ad flavidulum vergente, quo postremo colore potissimum margines tinguntur. Apothecia sunt urceolata duplici margine hornata, et simillima apotheciis *Lecanorae frustulosae*, licet duplo minora.

III. Lecanoreae.

4. *Pyrenodesmia Tauriliana* Massal. (nov. spec.)

„P. thallo areolato-verrucoso, furfuraceo-leproso, inaequaliter effuso diffractoque, sordide cinereo-albescente lilacino, cum protothallo confuso. Apotheciis primum clausis dein apertis, sessilibus, ambitu subliberis, patellaribus plano-convexiusculis; disco gelatinoso, sicco castaneo-rufescente subrubente, madefacto fusco-cervino, margine thallode albissimo persistente, cincto. Ascis clavatis 8-sporis, paraphysibus creberrimis ramosis obvallatis, sporidiis ellipticis utrinque obtusis, nonnunquam medio leviter constrictis, nucleo polari flavidulo blastidiolis repleto. — Diam. long. 0,0122 — 0.0183; transv. 0.0061.“

Habit. Ad saxa trachytica nec non ad muros in oppido „Taurilia“ (vulgo Toreglia) provinciae Patavinae.

Obs. Thallus pulverulentus, furfuracens, constans e squamulis irregulariter effusis, colore albo-sordido cinereo-violaceo commixto. Apothecia simillima Lecanorae subfuscae v. pinastri, tantummodo colore cervino viridiore ad rubrum vergente. Similis admodum est Blasteniae Visianicae Mass.; at in hac apothecia madefacta colore flavo tinguntur et margo evanescit, in illa apothecia madefacta colore obscuriore afficiuntur et margo consistit. Praeterea in Blastenia Visianica paraphyses ramosae sunt, quod in hac mea specie nec in aliis Pyrenodesmiis occurrit.

5. *Zeora detrita* Massal. (nov. spec.)

„Z. thallo areolato-squamuloso crassiusculo, squamulis inaequalibus multiformiter angulosis subcontiguis, sordide albescentibus helvolisque variegatis, hypothallo niveo amylaceo-farinoso insidentibus. Apotheciis verrucaeformibus atro-liventibus omnino immersis, dein vix prominulis margine proprio cinctis, madefactis subviridulis subglancisve. Ascis raris subclavatis 8-sporis, paraphysibus capillaribus crispis apice viridulis, obvallatis, sporidiis ovoideis v. ellipticis diaphanis unilocularibus. — Diam. long. $0,0090^{\text{mm}}$; transv. $0,00366^{\text{mm}}$. Spermataliis atris punctiformibus sparsis, erismatibus ramosis, tromodoblastiis acicularibus elongatis semicircularibus. Diam. long. $0,0122^{\text{mm}}$; transv. $0,00061^{\text{mm}}$.“

Habit. Ad saxa dolomitica in Franconia superiore (Schwalbenstein apud Goessweinstein) clar. Arnold.

Obs. Est species media inter Zeoram sordidam et *Aspicilliam lacteam*.

IV. *Lecideae*.

6. *Diplotomma* (*Aplotomma*) *turgidum* Massal. (nov. spec.)

„D. thallo inaequali albescente hypophloeodico, tandem in soredia citrino-viridula fatiscente, epiphloeodico, hypothallo inaequali fuscescente imposito. Apotheciis primum punctiformibus omnino immersis, tandem patellaribus emerso sessilibus adnatis, atris, margine proprio corneo tumido integerrimo persistente cinctis, disco concavinsculo. Ascis clavatis 8-sporis, lichenina parca inmixtis, paraphysibusque exilissimis gelatinosis capillaribus conglutinatis, obvallatis, sporidiis primum constricto didymis bilocularibus, dein 4—8-locularibus s. tetra-blastiis diplopyreniis fuligineo-fuscis. — Diam. long. $0,0090^{\text{mm}}$ usque 0190 ; transv. $0,0061^{\text{mm}}$ usque 0070 . —“

Habit. Ad truncos Abietum in oppido „Asiago“ provinciae Vicetinae in regno Veneto. Beltram.

- Obs. Thallus initio latet sub epidermide arborum, maculis subalbis irregularibus pellucidis, e qua aetate discissa, erumpit forma soresiorum luteo-virentium. Apothecia minuta atra, infantia convexa, sed temporis progressu turgida praesertim in margine, quare concava fiunt. Nullum marginis thallo dici indicium apparet, quum apothecia sunt perfecta. Dumtaxat prima aetate velum thaliodicum evanidum circumdat apothecium, ita ut haec species collocari aequae non possit, neque inter Diplotommata neque inter Rhizocarpa, quin inimo medium locum tenet inter haec et Buellias.

V. *Biatoreae*.

7. *Bilimbia cuprea* Massal. (nov. spec.)

„B. thallo leproso-cupreo, pulveraceo-granuloso-rufescente, tandem areolato-crustuloso. Apotheciis primum punctiformibus atris, tandem patellaribus, castaneo-fuscis helvolisque variegatis, madefactis laete castaneo-cervinis, disco gelatinoso, margine proprio persistente cinctis. Ascis parvis clavatis 8-sporis, paraphysibus clavatis, obvallatis, sporidiis lineari-ellipticis subacicularibus, 4-ocularibus, diaphanis. — Diam. long. 0,0183; transv. 0,00150. — Variat: α leprosa thallo leproso-farinoso rufescente cupreo; β areolata. Thallo areolato variegato-rufescente cupreo.“

Hab. Ad saxa dolomitica provinciae Veronensis in oppido „Badia“ (Xrmi) Var. α . Massal. — β . in Franconia superiore apud Speluacam dictam „Sulnenreuth“ legit clar. Arnold.

Obs. Thallus vivido colore cupreo, subalbo-viridulo commixto, leprosus, et inde aetate areolatus. Apothecia initio ita sunt minuta ac atra, ut apotheciis Verrucariae cujusdam sint similia. In agro Veronensi unam tantum varietatem α Leprosam inveni, e Bavaria autem ab Arnoldio varietatem β Arcolatam accepi. Differt a *Bilimbia* Arnoldi Krempelh. (*Biatorina* minuta Massal. Ricerch. var.!) colore thalli, forma apotheciorum sporarumque.

8. *Bilimbia chlorotica* Massal. (nov. spec.)

„B. thallo tartareo-verruculoso-leproso, sordide virescente effuso, madefacto laete virente, hypothallo albo instructo. Apotheciis confluentibus globuliformibus convexis helvolis immarginatis, madefactis turgescentibus castaneo-cervinis hyalino-pellucidis. Ascis clavatis 8-sporis, paraphysibus clavatis contortis, obvallatis, sporidiis lineari-ellipticis subacicularibus, ocularibus diaphanis. — Diam. long. 0,0183 v. 0244 transv. 0,00122 v. 00170. — Synon. Bacidia? Arnoldiana Körb. in litt. ad Arnold.“

Habit. Ad saxa calcarea dolomitica in umbris Franconiae superioris apud „Quakenschloss“ clar. Arnold.

Obs. Thallus omnino exaequat thallum *Bilimbiae* effusae Auwd. (Rabenh. Lich. Europ. exs.), vel differt nihil a thallo Protococci viridis; apothecia si-

millima Biatorinae Sphaeroidi Mass. colore helvolo, madido vero castaneo-hyalino, et tunc thallus emittit odorem graveolentem musci aut fungi indefinibilem. Sporae redolent Bilimbiam cupream, longiores tamen et majori loculorum numero instructae, paraphysibusque subtilioribus et contortioribus.

VI. *Sarcoggyneae.*

9. *Sarcoggyne pinicola* Massal. (nov. spec.)

„S. thallo arachnoideo albescente effuso; apotheciis creberrimis confluentibus minutis papillaeformibus subelevatis, in sicco apice truncatis plicatisve castaneo-fuscis, madefactis turgescentibus hemisphaericis hyalino-pellucidis gelatinosis. Ascis polysporis, clavatis crebris, paraphysibus capillaribus gelatinosis, obvallatis, sporidiis subrotundis diaphanis unilocularibus, coryzina viscosa conglutinatis. — Diam. long. 0,00244^{mm}; transv. 0,00200^{mm} circiter.“

Habit. Ad truncos Pinorum Bavariae prope „Nymphenburg“ legit cl. Arnold.

Obs. Hoc lichene uti nonnemo poterit tamquam typo generis novi alicujus, ego autem in eo invenio nisi characteres (ni fallor) generis *Sarcoggyne*; quum enim apothecia madent, formam ac structuram excipuli apprime ostendunt. Ita sporae circulares videntur interdum moniliformes, sed eas ita efficit coryzina viscosa omnes obvolvens.

VII. *Dermatocarpeae.*

10. *Placidium Custnani* Massal. (nov. spec.)

„P. thallo cartilagineo-squamuloso, squamulis lobato-bullatis imbricatis adscendentibus, supra (in sicco) olivaceis, madefactis virentibus, subtus pallidioribus, sordide terreo-albescentibus. Apotheciis immersis fuscis papillaeformibus, apice pertuso vix prominulis. Ascis clavatis elongatisque absque paraphysibus 8-sporis; sporidiis fusiformibus diaphanis unilocularibus, granuloso-nebulosis. Diam. long. 0,0183^{mm} usque 0200; transv. 0,00366^{mm} usque 00400.—“
Syu. Endocarpon Custnani Massal. in herb. et in litt. ad diversos.

Obs. Simile est (colore excepto) thallo primordiali Cladoniae alicujus, ut revera habitum est a quibusdam Lichenologis. Squamulae quibus constat sunt varie lobatae, cum marginibus ad inferiorem partem reflexis, quare eorum limes fit turgidus et colore reliquo pallidior. Apothecia tantum apparent quum thallus madet, sporae sunt fusiformes et majores quam in Endocarpo pusillo.

Habit. Ad terram inter muscos in oppido „Custnano“ (vulgo Scornano) prope Tregnago provinciae Veronensis; habui quoque ab Arnoldio.

11. *Placidium insulare* Massal. (nov. spec.)

„P. thallo coriaceo-cartilagineo squamuloso, castaneo-fusco, squamulis

totis adnatis subrotundis convexis planiusculisve, subtus exasperatis, aggregatis (raro-solitariis), plerumque in circulum dispositis, maculas insulares efformantibus. Apotheciis minutis omnino immersis atris, tandem protuberantibus, unde thallum plusminusve bullatum evadit. Ascis clavatis 8-sporis, paraphysibus obsoletis sporidiis ovoideo-subrotundis sphaericisve diaphanis subnubiosis unilocularibus. — Diam. long. $0,0090$ ^{mm}; transv. $0,006$ ^{mm}. — Syn. Endocarpon insulare Massal Mscr. et herb.“

Habit. Ad saxa in thallo aliorum lichenum, potissimum Pachyosporae calcareae, Verrucariae rupestris etc. in oppido „Avesa (Ongarine) Massal. et Tonin., et in Baldo Monte“ (Spiazzi) Massal.

Obs. Efficit parvas maculas insulae instar amplitudine unius, duorum, vel trium 4-linearum, sed aliquando ob confluentiam irregulares, una et ut plurimum duabus, tribus, vel quatuor squamulis constitutas, turgidulas, amplitudine duorum vel trium circiter millimetrorum. Redolet forma Acarosporae Veronensis, eoque magis Acarosporam smeragdulam. Differt ab Endocarpo pupillo (Placidium Massal. Symm.) sporis fere subrotundis et thalli natura.

12. *Placidium Marcomanici* Massal. (nov. spec.)

„P. thallo cartilagineo-squamuloso glauco-cinerecente nigro-variegato, squamulis polygonis madefactis tenerrimis subhyalinis, solitariis v. aggregatis crassis verrucosis bullatisque, subtus pallescentibus. Apotheciis fertilibus raris ampliusculis, apice fusco-nigricante truncato-furfuraceo, prominulis, saepe in pseudosoredia abeuntibus. Ascis clavatis 8-sporis (semel vidi!), paraphysibus fere obsoletis, obvallatis, hypothecio gonidiis impolito crasso, impositis. Sporidiis elliptico-fusiformibus utrinque obtusiusculis, diaphanis granulosis unilocularibus. Diam. long. $0,0183$ ^{mm} usque $0,244$; transv. $0,0061$ ^{mm} circiter. — Syn. Endocarpon Marcomanici Massal. in herb. et in litt. ad diversos.“

Habit. Ad muros „Aecclesiae“ oppidi Marcomanici (vulgo Marcemigo) prope „Tregnago“ in provincia Veronensi.

Obs. Species ob anamorphosin apotheciorum valde suspecta, fortasse ad Dermatocarpa rejicienda.

13. *Catopyrenium Tremniacense* Massal. (nov. spec.)

„C. thallo cartilagineo-lobato-squamuloso, squamulis crassis in crustam undoso-plicatam sordide albescentem subpulvinatam confertis, hypothallo atro tandem obsoleto impositis. Apotheciis crebris conico-hemisphaericis ex hypothallo oriundis, atris, nucleo amplo, amphithecio grumoso-gelatinoso cincto, foetis. Ascis clavatis 8-sporis, absque paraphysibus, hypothecio agonimico praecrasso iusidentibus, sporidia elliptica-ovoidea, diaphana v. luteola unilocularia nubilosa. — Diameter long. $0,0090$ ^{mm} usque $0,122$; transv. $0,006$ ^{mm}. — Synon. Verrucaria (Lithocea) Tremniacensis Massal. herb.“

Hab. Ad terram in ventosis oppidi „Tremniaci“ vulgo Tregnago (M. Brojo) provinciae Veronensis.

Obs. Ut paucis hanc speciem cognitam faciam, id unum dicam, colore excepto similem admodum esse Verrucariae Hookeri, a qua differt thallo maculis amplioribus extento, minusque lobatis, effiguratis pinguisque.

VIII. Verrucariae.

14. *Verrucaria plicata* Massal. (nov. spec.)

„V. thallo amylaceo-crustoso, crassiusculo, irregulariter fusco-limitato, plicato-verrucoso subbulloso, abescente subroseolo variegato, hypothallo candidissimo instructo. Apotheciis creberrimis minutissimis atris, hemisphaericis, vix pertusis. Ascis parvis ventricosiusculis 8-sporis, mucilagine farinosa obvallatis, sporidiis ovoideis diaphanis nebulosis, nucleolis 2, 4—6 subrotundis majusculis foetis. Diam long. $0,0122$; transv. $0,0061$ circiter.

Habit. Ad saxa dolomitica Franconiae superioris (Hohlberg prope Muggendorf) legit cl. Arnold.

Obs. Efficit maculas amplitudine medii vel unius pollicis, irregulariter limitatus, margine fusco, saepe obsoleto. Thallus est colore albo ad roseam aegre vertente, pingniculo, plicato, et fere bulloso, simulque contiguo. Sporae diaphanae sed 2—8 blastidiis factae, ita ut anceps haeream ad quod genus sit referenda (Thelidium aut Polyblastia.)

15. *Verrucaria pingicula* Massal. (nov. spec.)

„V. thallo areolato-verruculoso subsquamuloso, cartilagineo crassiusculo limitato subpulvinato umbrino-fusco, squamulis adpressis crustam contiguam compactam nidam efformantibus. Apotheciis minutissimis punctiformibus haemisphaericis papillato-pertusis creberrimis atris. Ascis parvis clavatis absque paraphysibus 8-sporis, sporidiis elliptico-subfusiformibus diaphanis unilocularibus. Diam long. $0,0122$; transv. $0,00366$ usque $0,0100$.“

Habit. Ad saxa in Franconia superiori prope „Muggendorf“ legit Arnold.

Obs. Efficit maculas a lineae ad medii pollicis amplitudinem, crassiusculas, pulvinatas, et limitatas, colore castaneo-fusco ad nigrum vertente, ut in *Verrucaria controversa*. Et species media inter V. nigrescentem et chloroticam, a quibus differt ob colorem thalli, parvitatem apotheciorum, et formam sporarum.

16. *Amphoridium cinereum* Massal. (nov. spec.)

„A. thallo tartareo-farinoso amylaceo uniformi contiguo glauco-cinereo, irregulariter nigro-limitato. Apotheciis amphoriformibus amplis profunde immersis atris, apice perforato primum semicupulari convexo integro, demum multiformiter plicato radiatim-sublobato, tantum prominulis, nucleo gelatinoso

foetis. Ascis magnis cystiformibus clavatis 8-sporis, mucilagine paraphysica striata insigni, obvallatis; sporidiis ovoideis luteolis, blastidiis circularibus repletis. — Diam. long. 0,0183 usque 0305; transv. 0,0122—0152.“

Habit. Ad saxa formationis Oolithicae (Oxfordianae) oppidi „Cam-pofontana“, in summo cacumine montis „Alba“, 1643 uct. supra mare, provinciae Veronensis.

Obs. Thallus est colore perfecte cinereo, nigro hypothallo irregulariter limitato. Apothecia profunde in matrice immersa formam amphorae capiunt, idest perithecium gerunt undique integrum, ut contingere debet in Amphoridio, quod genus injuria repudiatur ab iis, qui leviter tantum structuram apotheciorum perscrutantur. — Fortasse sporarum character fallere poterit, animadverti enim in nonnullis Amphoridiis (e. gr. in umbroso Massal., Thelidium nunc.) sporas easdem quas in Thelidiis; quaetemenunque eae sint, corrigendi characteres erunt generici, haec vero duo genera nunquam in uno coalescent, immo dividi iterum poterunt aut „integrò perithecio“, aut „sporidii 1—4-ocularibus“ erunt instructa. Singulare quoddam est in hac specie adnotandum, forma scilicet et morphologia apicis perithecii, qui juventute est convexus integer glaberque, senectute vero multiformiter plicatus et fere lobato-radiatus, praesefrens in centro papillam perforatam. Hac de causa typus fortasse novi generis cujusdam evadet.

17. *Polyblastia (Thelidium?) sepulta* Massal. (nov. spec.)

„P. thallo suborbiculari-limitato, crustaceo-corneo-crassiusculo, tartareo-leproso-ruguloso, contiguo sordide ferreo-fumoso-fuscescente variegato, hypothallo glauco-fuscescente crasso impositus. Apothecii subamphoriformibus atris, omnino constanterque sepultis, nec apice prominulis, nucleo amplo, amphithecio gelatinoso-subcarneo recepto, foetis. Ascis clavato-cystiformibus 8-sporis absque paraphysibus, sporidiis primum elongato-ellipticis medioque leviter constrictis, primum 1- dein 2-ocularibus diaphanis, tandem 4—6-ocularibus diplopyreniis fuscis. — Diam. long. ^{mm}0,0366; transv. ^{mm}0,0122.“

Habit. Ad saxa eocenica corrupta, oppidi „Quinto“ ab urbe Verona lapide, magna manu.

Obs. Efficit maculas amplitudine unius vel duorum pollicum, interdum majores, colore ferreo-fusco, crassitudine 1—2 millimetri circiter, constantes e quatuor veluti stratis, epidermoidali farinoso, gonimico crassiusculum, cui succedit stratum album amylaceo-farinosum praepinque, et tandem fuscus hypothallus, cum rupe confusus. Apothecia sepulta, neque ulla ad thalli superficiem eorum vestigia, quacumque aetate apparent, quare ut videantur, con-fricare et fodere rupem, necesse est.

18. *Arthopyrenia furfuracea* Massal. (nov. spec.)

„A. thallo hypophlaeodico effuso illimitato fumoso, inconspicuo, saepe obsoleto; apotheciis punctiformibus sparsis irregularibus atris furfuraceo-rugosiusculis vix pertusis, nucleo amplo farinoso foetis. Ascis parvis ventricosis 8-sporis absque paraphysibus, sporidiis claviformibus constricto-dydimis 2—3-locularibus diaphanis, blastidiis oleosis rotundis viridulis — Diam. long. $0,0183$ usque 0244 ; transv. $0,0061$.“

Habit. Ad truncos vetustos Pruni Cerasi, in oppido „Tregnago“ prov. Veronensis.

Obs. Thallus indefinibilis, et aliquando propemodum nullus, plerumque, quum reperitur, constat tantummodo pulvere quodam fuliginoso levissimo. Differt ab aliis Arthopyreniis ob fermam apotheciorum sporarumque.

19. *Arthopyrenia atro-sanguinea* Massal. (nov. spec.)

„A. thallo irregulariter limitato-leproso-arachnoideo ferrugineo-rufescenti-cupreo, madefacto sordide atro-sanguineo. Apotheciis raris punctiformibus subellipticis atris. Ascis prioris speciei aliquanto minoribus, sporidiis paululo minoribus. — Diam. long. $0,0122$ usque 0183 ; trans. $0,0061$.“

Habit. Ad truncos Pruni Cerasi, in oppido „Quinto“ ab urbe Verona lapide.

Obs. Efficit thallus maculas irregulares diversae longitudinis et latitudinis, coloris rubro-ferrei cupreive, quae madefactae atro-sanguineum colorem excipiunt. Raro fructificat, et caeteris hujus generis speciebus fortasse praestat.

IX. *Coniangeae.*20. *Coniangium Krempehuberi* Massal. (nov. spec.)

„C. thallo tartareo-leproso albo-effuso, apotheciis planis patellaribus (in arido) margine proprio cinctis; madefactis convexiusculis immarginatis atris tenerrimis. Ascis parvis clavatis 8-sporis, mucilagine viridula, obvallatis, hypothecisque gonidiis impolito impositis; sporidiis minutis claviformibus constricto-dydimis bilocularibus, loculis valde inaequalibus. Diam. long. $0,0090$; transv. $0,00244$ usque 00300 . Syn. *Leprantha Krempehuberi* Körb. in litt. ad Arnold. — *Arthonia fuliginosa* Krempeh. in litt. ad eund. — *Abrothallus Ricasolii* Massal. p. p.

Habit. Ad truncos Populi tremulae in Bavaria (prope Monachium) legit cl. Arnold.

Obs. Differt a C. apatetico (*Catillaria* Massal. Symm.) ob magni- vel triplicem apotheciorum, ob minorem eorum confluentiam, ob discum planum, ob exiguitatem sporarum triplo crassitudine minorum, fere longitudine aequa-

lium: ob mucilaginem paraphysicam et hypothecium fuscum. Praeterea duo loculi, in quos sporae dividuntur, sunt fere aequales in *C. apatetico*, et inaequales in *C. Krempelhuberi*, quo in postremo locus inferior duplo superiorem vincit. Praeter has species ad genus *Coniangium* referenda forte erit mea „*Catillaria fusca* Ricerch,“ quae species nuperrime reperta quoque est in Franconia superiori ab Arnoldio.

X. *Coniocybeae*.

21. *Coniocybe baeomycioides* Massal. (nov. spec.)

„*C. thallo leproso effuso atro-nigrescente, nonnunquam obsolete; apotheciis carnis planiusculis, stipite crassiusculo tenui pellucido disco pallidiori. Ascis linearibus, tenerrimis 8-sporis, paraphysibus capillaribus creberrimis, obvallatis, sporidiis minutissimis, rotundis viridulis unilocularibus. —*
Diam. long. 0,00244^{mm}; transv. 0.00200^{mm} circiter.

Hab. Ad truncos Abietum in oppido „Asiago“ provinciae Vicetinae.

Obs. Differt ab omnibus hujus generis speciebus thallo nigro-fuliginoso, et colore carneo disci et stipitum.

Veronae Kal. Februarii 1856.

Ueber einige neue Forschungen im Gebiete der Geographie.

Drei populäre Vorträge gehalten im naturwissenschaftl. Vereine Lotos

von Prof. *Karl Kořistka* in Prag.

(Fortsetzung.)

Das Meer nimmt mehr als zwei Drittheile der ganzen Oberfläche der Erde ein, es ist daher wohl der Mühe werth etwas über seine Beschaffenheit zu wissen, und in dieser Richtung ist erst neuestens die Bahn gebrochen worden. Man sollte glauben, dass, da Amerika bereits über 360 Jahre entdeckt ist, da seit vielen Jahrhunderten jährlich tausende von Schiffen von Europa nach Ostindien und China, nach Nord- und Südamerika, ja nach Australien und den polynesischen Inselgruppen segeln, da ferner alle diese Schiffe, wenigstens die grösseren und besseren, fast täglich astronomische und andere Beobachtungen machen müssen, dass, sage ich, man gründliche Kenntnisse über das Meer, seine Tiefen, Temperatur, die herrschenden Winde, die Strömungen u. s. w. haben müsse.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Lotos - Zeitschrift fuer Naturwissenschaften](#)

Jahr/Year: 1856

Band/Volume: [6](#)

Autor(en)/Author(s): Massalongo Abraham Bartholomäus

Artikel/Article: [Wissenschaftliche Mittheilungen - Sertulum Lichenologicum 74-83](#)